

gationem temperelictioris, tutiorem, nec licere operari secundum opinionem tenuiter probabilem: Ergo sententiam vere probabilem, eam mediam inter utramque non reprobavit; quia expressio unius, virtualis exclusio alterius.

3. Sententia vere probabilis consolidari, & firmari potest per dictamen relictum, certum, & excludens omnem formidinem periculi in contrarium, quod sic sonat: Quando prudenter ago, id est, ex rationibus tam ponderosis, quæ possunt Virum prudentem, & conscientiosum commovere ad rationabilem assensum, tunc non pecco: Atqui hic & nunc in his circumstantiis ago prudenter, id est, ex rationibus tam ponderosis, quæ possunt virum prudentem ac conscientiosum commovere ad rationabilem assensum: Ergo non pecco. Major certissima est; quia omne peccatum est actus imprudens, consequenter quando prudenter ago, non pecco. Minorem igitur negant adversarii, sed negari non potest, nec indiget probatione: quia mihi est experimentaliter certa coram Deo, & conscientia, & insuper facta, quod bona fide, & sine dolo agam.

4. Si daretur obligatio amplectendi probabilem, daretur etiam obligatio inquirendi in probabilem: sed hæc obligatio est impossibilis, tam litterato, quam rudi; Litterato quidem, quia omnes Doctorum sententias, eorumque rationes deberet memoria tenere. Rudi vero, quia ne quidem scit, quid sit magis aut minus probabile! Et quis est, vel ubi est curator animarum, qui hæc operam dedit instruendi rudem populum in hac obligatione? Hinc promoveretur argumentum: si daretur obligatio eligendi probabilem, tunc operans v. g. civis celebrans contractum, deberet certo scire, suam actionem esse probabilem; alias operaretur in dubio, adeoque peccaminose. Sed hoc certe scire non potest; quia id iudicandi nullum certum haberet fundamentum. Quodsi consulere posset Confessarium Probabilitatem, dicit iste actionem, seu contractum esse licitum: si consuleret Anti-probabilitatem, dicit esse illicitum, & sic redigeretur ad scrupulos & animi perplexitatem! quanta absurditas!

Dices 1. Electio minus probabilis non est actus prudens in concursu probabilioris? Resp. Nego: nam probabilior non enervat minus probabilem; hæc enim virtutem suam motivam in concursu etiam probabilioris retinet: Luna etiam in comparabiliter minor sit sole, tamen di-

citur *Lunam Magnum*: Ergo etiam si sententia A sit minus probabilis in comparatione probabilioris B, tamen retinet virtutem magnam commovendi virum prudentem ad assentiendum. Et quæso, ubi? ubi datur obligatio sic comparandi utramque opinionem, & indagandi in probabiliorum? Quis dabit nobis discerniculum dogmaticæ certam, quam ex duabus opinionibus sit magis aut minus probabilis? S. Bonaventura docet, hominem Christianum post lapsum in peccatum mortale statim obligari ad eliciendam contritionem, S. Thomas hanc obligationem negat: quia tritina jam librabimus, quisnam ex duobus his Sanctis fuerit sanctior, quisnam doctior? Sed in labilis! saltem inter rationes pro & contra facile discerni potest, quamvis sit gravior, quamvis levior! Resp. iterum Nego! forsan ratio pro, quam Petrus iudicat probabilior, Paulo videtur minus probabilis! forsan, quod apparet probabilis, est omnino falsum; quia falsa, juxta Philosophum, sepe sunt probabiliora veris! forsan, quod hodie mihi probabilis est, cras erit minus probabile; quia multæ sententiæ probabiliores factæ sunt minus probabiles, & vicissim: Sic tempore S. Bonaventuræ fuit Sententia probabilior, quod bonum inventum non comparet Domino debeat distribui in pauperes, hodie est improbabilis: consequenter daretur absurdissima variatio in operando: hodie possem inire hunc contractum, cras non possem: hodie possem absolvere penitentem, cras non possem, & penitens apud Probabilitatem absolveretur, apud Probabilitatem non absolveretur, quod prorsus est ineptum. Urgebis ulterius: Est imperceptibile, quomodo conscientia operantis per opinionem minus probabilem tranquillari, & extra formidinem poni possit! Respondeo cum distinctione: hoc est imperceptibile, si sermo sit de dictamine directo, quod est mere probabile, concedo! si sermo sit dictamine reflexo, quod est omnino certum prout supra probatum est, Nego! Ipsa etiam major probabilitas de se non excludit formidinem in oppositum, sed indiget dictamine reflexo & ultimo, quod debet esse certum: ergo eandem habet difficultatem, quam sententia mere probabilis.

Dices 2. Optandum esset, ut omnes Christiani semper seciora eligerent! Resp. veritimum id est quoad propriam conscientiam, sed quoad directionem a-

lia-

liarum conscientiarum, ad corrigendos scrupulos, & tranquillandos animos id fieri non potest. Ponamus, quod penitens a Confessario consilium petat, aut se accuset, quod in actionibus sui status & officii probabilia elegerit, relictis probabilioribus, quid agit Confessarius? an illum obligat ad probabiliora, & quidem sub reatu peccati mortalis? Pessime, & indiferegate agit, præsertim si illum sine absolute dimittat! peccata non emendat, sed potius auget, injuriam facit penitenti, a quo emendationem sperare non potest in re, quam alii æque docti ut licitam approbant, aut saltem dissimulant. Si Dominus Deus Misericors est, cur Minister ejus sit austerus? melius est penitentem cum minus probabili mittere in purgatorium, quam cum probabiliori in infernum! Hæretici averlantur nostram sanctam Religionem, quia putant esse jugum nimis grave & austerum, quanto minus convertentur, cum viderint hoc jugum per novas sententias austeriores quotidie magis ac magis aggravari? Quidquid sit, Ais, Probabilissimus noxius est; quia disponit ad tepiditatem, ad laxissimum! Resp. retorquendo: Anti-probabilissimus noxius est, quia disponit ad perplexitatem, ad Jansenismum! Non est res facilis invenire rationes in foro Theologico vere & sancte solidas ad cohonestandam actionem dubiam, ad quod revera obvia quævis & frivola non sufficiunt. Igitur non probabilissimus, sed abusus probabilissimi noxius est: non autem eliminanda sunt omnia, quæ per abusum fieri possunt nociva; sic enim extirpari deberet vinum, quo multi abutuntur ad ebrietates: extirpari deberent gladii & telopeta, quibus multi abutuntur ad homicidia: extirpari deberet mullebre genus, quo multi abutuntur ad scortationes & adulteria. Probabilissimus bonus & utilis est ex se, per accidens est, quod nocivus fieri possit per abusum.

Utinam in Ecclesia vigeret *Rigor Discipline*, non *Rigor Dæmonie*. Utinam Superiores tam Ecclesiastici, quam secularis officium exacte facerent, ita, ut verbo & exemplo vitia extirpare, scandala publica extinguere, libidinem compescere, propudiosa consortia tollere, delicta ad justitiam lancempledere, parentes, heredes, Magistratus, omnesque illos, qui aliis præsent, suæ obligationis admonere studerent, certe Dei gloria, & reformationi morum magis consultum foret: verum quia boni hi Domini in altum eve-

git, solum ad pingues reditus, ad corporis comoda, ad recreationes, esum, potum, quietem, non ad laborem fe vocatos putant, sicque in munere suo obdormiscunt, venie inimicus homo & in agro Ecclesiæ zizania seclerum & scandalorum seminavit. Faxit Deus, ut isti evigilent, & officio suo coram Deo & mundo satisfaciatur, tunc tollentur innumera peccata, quæ modo non curantur, aut de industria palliantur, & obteguntur. *Rigor Dæmonie* ad Reformationem morum parum, aut nihil conducere, imo etiam nocere potest, quia animos reddit anxios, scrupulosos, perplexos, aut omnino ad pusillanimitatem, ad desperationem adducit. Quid? quod subriperunt hic minime videtur, illi ipsi grandes Domini, qui Rigorismum voce & ore profertur, alique præcepta dæd ac persuadere volunt, ut semper perfectiora eligere studeant, ut pericula etiam remota fugiant, ut consilia etiam Evangelica amplectantur, ut nunquam cum sola attritione confiteri præsumant, ut omnem Epikam legis averterent, & denique semper eligant, quod ad Dei gloriam magis conducit, illi ipsi, inquam, qui videri volunt aliorum reformatores, in sua vivendi methodo laxissimi sunt, humanos favores, honores, divitias, luxum, & commoditates facilli, non sine neglectu sui officii quantum, adeoque, quod buccis crepant, opere refutant, & quod in aliis adificare volunt, in seipsis destruant, & evertunt. Eni quam parum profert rigor doctrinæ ad reformatos mores, & quam longe optabilior esset rigor disciplina!

## JUSTITIA.

268. *Quid sit, & quomodo exercenda?*

Est virtus voluntatis tribuens unicuique quod suum est. Succurrit in via Vitæ ad finem. Seu justa Imperatorem: Est constants & perpetua voluntas jus suum cuiusque tribuendi. De carentia hujus virtutis consequenter dicitur: *Justitie lumen non lucit nobis*: quia ut ait Labbata: *Nesciant unicuique rei debitam estimationem tribuere: plaris enim corpus, quam animam faciunt.* B. Serm. 2, n. 26.

S. Augustinus ait: *Justitiam esse amorem Deo tantum servientem*: quod explicat S. Thomas. Sicut in dilectione Dei includitur dilectio proximi, ita etiam in hoc, quod homo servat Deo, includitur quod unicuique reddat, quod debet. A. l. 5. n. 14.

H 4

Ju

Labb. 2.  
Ferd. D.

2. Aug. 1.  
de mor.  
Eccles. 15.  
5. Th. 2.  
2. 2. d. 1.  
2. 2. d. 1.

Justitia tribus adminiculis sustentari debet, prout dicere solitus est Maximilianus I. Imperator: campo pleno militibus copiis: choro pleno cantantibus monachis: & patibulo pleno furibus. T. 223.

Erikenbaldus Judex egrotans audivit in proxima camera clamores femineos, cumque intellexit nepotem suum voluisse opprimere feminam, justit cum confectum suspensum. Cum autem milites illi parcerent, & eum post aliquot dies ad januam cubicularii stantem confpexit, vocatum ad se culleolo occidit. Sacerdos propter hoc facinus voluit illi negare Eucharistiam. Verum cum vix abiit, vocavit eum egrotus, justitque eum videre sacra in pixide an habere corpus Domini: cumque facerdos non reperisset, subjunxit: Ecce! quem mihi negasti, ipse mihi fe non negavit, apparuitque hostia in ore ejus. E. Eucharistia n. 7.

Ha. 11.

269. Est necessaria regis & regibus. Erit justitia cingulum lumborum ejus, & cinctorium renum ejus. Principes fide & justitia obarmari debent; vere enim S. Augustinus ait: Remota justitia quid sunt regna nisi magna latrocinia? Et Cicero: Jus & equitas vincula sunt civitatum. Et denique Philosophorum Princeps Rex debet esse custos, ut nec opulenti injussum accipiat. C. Ita. 11. v. 5.

Artil. 8. Solus. 8.

Artil. 8. Solus. 8. aliquid passitur, nec plura contumeliam accipiat. C. Ita. 11. v. 5.

Justitia autem per fidem firmari debet, quia hac illius fundamentum, nec una sine altera solida aut utilis est: ideo Romani in Capitolio fidem Jovi junxerunt, tanquam tutori humani generis. C. in Ita. 11. v. 5.

Seclerati ac facinorosi homines morte puniendi sunt, qui enim parati malis, nocent bonis. Seneca aiebat: Pinguior vitima Deo mactari non potest quam homo sceleratus. Et Cato Romanus dicere solebat: Eos Magistratus, qui maleficos penis non coercent, lapidibus obruendos esse, ne ex penae neglectu salus Reipublice labeficeret. S. Ludovicus Rex homini facinoroso vix gratiam fecit, sed eum postea orans incidit in hac verba: Beati qui custodiat iudicium, & faciunt justitiam: hominem reum revocari, & ad mortem condemnari justit &c. C. Num. 25. v. 8.

Solon rogatus in quo salus Reipublice consisteret, aiebat: Si boni premis invitentur, & mali penis coercentur. Bias damnaturus reum lacrymari cepit, interrogatus causam respondit: Quis necessarium est naturae quidem condolere, legi autem suffragari. C. 1. Petr. 3. v. 17.

Bonum est maleficientes pati, & puniri; hic enim est actus justitiae vindicativae, qua & scelus prateritum vindicatur, & Reipublice satisficit, ejusque laesioni & scandalo. Quare fures & latrones, dum puniuntur, & patienter poenas sustinent, faciunt actum virtutis non unius sed plurium, uti poenitentiae, patientiae, justitiae, qua pro injuria Deo & Reipublice satisfaciunt, & facinorosis statuantur in exemplum. Sicut ergo summum peccatoris malum est impunitas, ita summum eorum bonum est poenitentia. Hinc Ven. Beda: Si mihi datur optio, malum a culpa flagello retrahit, ut Saulus, quam aeternae peccatorum ulioni subijci, ut Elias. Sane signum aeternae reprobationis est, cum fures, & impii a Deo permittuntur impune grassari: contra signum aeternae electionis est, si eorundem in manus justitiae; ita enim a Confessariis disponuntur ad poenitentiam, & piam mortem, sicque verum, quod prudens Vir enunciare solebat, plures a patibulo, quam e lecto ad caelum ascendere. C. 1. Petr. 3. v. 17.

Idem per umbram agnoverunt gentiles: Cato censorius dicitur: Se male pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quam pro maleficio perpetrato nullam dare poenam. C. Ibidem.

Sicut ergo aliena in delinquentibus plestantur crimina; ita & propria plecenda sunt in seipso; sibi enim ignoscit, quem non poenitet admitti. Agelipolis Cleombroti filius, cum ei dixisset aliquis, quod cum aequalibus obfes fuisset, reposuit: Merito fui; decet enim nostra peccata, nostraeque culpas nos ferre. C. Ibid.

Junius Brutus, & Manlius Torquatus proprios filios delinquentes damnarunt ad mortem, ut legem suorum sanguine sancirent, ne quis cum violans impunitatem sibi polliceretur. C. Ibid.

Sicut probi premiis provocari, ita mali penis coereri debent. Cato dicebat: Magistratus, qui maleficos non coercent, lapidibus esse obruendos, ne penae neglectu salutem Reipub. labefactaret. C. 1. Petr. 2. v. 14.

271. Non sine se corampti muneribus. Munera tua tibi sunt, dixit Daniel ad Regem. Sancti terrena omnia & munera despexerunt. Elifens noluit accipere munera Naaman, quem a lepra curavit. Capiti Christiana in Iberia, cum Regimini a mor-

a morbo sanasset, dona a Rege oblata non accepit, cumque regno integro convertit. S. Hilarion Orionum Virum ditissimum a legione demonum liberavit, cumque iste ingentia dona ad Monasterium afferret, repudiavit illa Sanctus aiebat: Non legisti, quid Gezi, quid Simon passus sint? quorum alter accepit pretium, alter obtulit, ut ille venderet gratiam Spiritus Sancti, hic mercaretur? cumque Oronius tristaretur subunxit Abbas: Noli tristiari fili! si enim haec accepero, & ego offendam Deum, & legio ad te revertetur, &c. C. Dan. 5. v. 17.

Cum Eunuchus Constantii Caesaris, Liberio Pontifici, quem Caesar in exilium eiecit, auri summam jubente Cesare attulisset, ut inde viveret, non accepit Libertum, inquit: Tu Ecclesiam expulisti? iam mihi genti afferre elemosynam? abi primum, & Christianus ipse fiat. Cum S. Martinus domum quamdam Christi virtute a peste liberasset, & ideo illi centum argentii libra pro honorario offerentur, recipere dona detrectavit. Cumque famuli & discipuli ejus murmurarent, respondit: Ecce! Christi nos vestit & pascit! Gratias accepisti, gratis date! C. Dan. 5. v. 17.

Eclli. 8.

Multos perdidit aurum & argentum, & usque ad cor Regum extendit, ait Ecclesiasticus: Aurum suo fulgore excaecat oculos iudicum, ut divitis causam praerant cause pauperis: Munera excocant oculos sapientum, & mutant verba iustorum, &c. C. Eclli. 8. v. 3. Et c. 20. v. 31. Vide etiam Titulum: Judices, Praetores &c. Item C. Act. 20. v. 33.

Deut. 16. v. 19.

Solutio decimarum.

272. Est obligatio a Deo multa bona posse trahens.

Abulensis ait, solutionem decimarum esse tributum, quod in recognitionem beneficiorum Deo persolvitur in Sacerdote. S. Augustinus ait: Est holocaustum, quo homo cognoscit se decimam esse creaturam rationalem, quam Deus post novem choros Angelorum creavit. Originem trahit ab Abrahamo, qui de spoliis Regis Sodomorum Deo decimas dedit, quem dein secutus est Jacob: & quidem optima, & delicta erant cuncta.

Est solutione decimarum, ait Augustinus, sequitur fertilitas, sanitas, benedictio Divina &c. B. Ser. 38. n. 34. & fusc C. Gen. fol. 815. col. 2. feci. Decimae etiam Diis gentilibus, Herculi

& Jovi fuerunt solutae. Sacerdotibus, ait Philo, aequae ac Regibus tributa pendenda sunt, haecque tributa & decimae veteris legis adumbrantur decimas dandas Sacerdotibus novae legis. Meliapore templum S. Thomae Apostoli ex decimis mercium, quae in urbem portabantur, fuit conservatum. Carolus Martellus, quia decimas Sacerdotum in stipendia militum voluit convertere, a S. Eucherio Episcopo fuit excommunicatus. S. Stephanus Rex Hungariae post victoriam obtentam Ecclesiae S. Martini decimas addixit. Regnum Daniae, quia non pendit decimas a S. Canato Rege assignatas, miserabili agrorum sterilitate per multos annos affligitur, qua media pars hominum fame extincta est. Quidam civis Patavii Thomas Capivicius S. Bellinum Episcopum, qui decimas expetiit, occidit, postea fame & inopia perit: posteri ejus non poterant ingredi templum S. Bellini, &c. C. Num. 18. v. 32.

273. Potius cum excessu, quam cum defectu danda est.

Lyranus observat, templi mensuras omnes fuisse vulgaribus longiores: & calamus, quo angelus mensus est, erat sex cubitorum, & palmi: cur excedit quia mensuratur res Dei. S. punct. 85. fol. 273.

Cain pure de frugibus terrae, Abel vero de pinguibus oblationem fecit, hinc iste acceptus fuit apud Deum, non ille: ait Philo: Sic sunt multi qui dant primum creaturae, secundarium honorem Numini, nempe qui ex frugibus dant peiores pro decimis, ait. C. Gen. fol. 92. col. 1.

Eutropius Eques Alexandrinus duo vasa argentea unum pro se, alterum pro S. Martyre Menna confici jubet: cum autem illud S. Martyris elegantius fuit confectum, illud sibi retinere, vilius Martyri dare constituit. Quid fit? famulus vasculum pretiosius lavare volens illud in mare decidere sinxit, & fere ipsiusquam perire id videns Dominus utrumque vas S. Martyri devovit. R. cent. 2. part. 1. mir. 35.

Ne pollutus oblationes filiorum Israel. Id est, ne decimam partem pessimam seligatis, ut eam detis Sacerdotibus, & marianini, quae diceret, si id feceritis, a me occidimini. Unde patet, quod Deus non tantum decimam, sed etiam meliorem partem perierit sibi offerri. C. Num. 18. v. 32.

274. Liberaliter compensatur a Deo.

S. Sabinus Episcopus, cum fluvius Padus ejus agros devastaret, per notarium pro-

promulgari illi ac precipiuberet, ut statim se in suum alveum reciperet: recepit se fluxius, nec deinceps cum damno illorum agrorum exundavit. R. 1. p. mir. 43.  
 Deus ab Hebraeis petiit primogenita, & deit Num. 3. loco horum acceptavit Levitas omnes, qui inventi sunt numero 20000. dein his pro sua sustentatione assignavit primogenita pecorum sibi debita. C. Exod. 13. v. 5.

*Pro. 3.* **Honora Dominum de tua substantia, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia exundabunt.** Sicut ergo elemosyna, sic & solatio decimarum non de pauperibus, sed ditat. 1. Quia id ipsum quasi congruam pietatis mercedem & premium Deus promittit. 2. Quia, qui opes erogant in opera pia, recte illis utuntur, merenturque esse earum dispensatores, & Domini. 3. Quia hoc poscit natura frugum & opum, ut succicer expendantur ad id, ad quod a Deo creati sunt. 4. Quia hoc congruit sapientiae, & iustitiae Dei, ut sua dona effundat in eos, qui eisdem prudenter utuntur ad Dei gloriam, & pauperum alimoniam. C. Prov. 3. v. 9.

Gratitudo.

275. Debetur ob beneficia accepta.

**J**osephus impossibile sibi duxit, offendere herum in se beneficium. Saul auditis meritis Davidis placatus est. S. Polycarpus octoginta sex annis se Deo servivisse, nec mali quidquam expertum fuisse asserens, commoveri non poterat, ut fidem negaret. B. Serm. 4. n. 15.

**Dionades & Glaucus pugiles in arena sibi conciliantur ob memoriam beneficiorum.** B. lb. n. 11. & Serm. 20. n. 3. Serm. 21. n. 3. Serm. 46. n. 3.

**S. Raphael Angelus ducens & reducens Tobiam voluit canem subsequi, ut Tobias per canem doceretur gratitudinem.** B. Serm. 87. n. 5. Moyses non percussit aquas, quia ab his olim servatus fuit. B. lb. n. 9. Non tantum beneficia insignia, sed etiam minima gratitudinem exigunt. Christus, ubi 4000. hominum pavit, iussit fragmenta colligi, ubi Bern. jubemur nec minima beneficia oblivisci. S. p. 156. fol. 506. in fine. Et M. conc. 17. §. 2. n. 10.

*Gen. 14.* Abrahamo a cæde quatuor regum rediit, obviam egressus Rex Sodomorum, omnia sua obtulit, & quatuor Abraham oblata non accepit, voluit tamen scios suos donorum esse participes.

Laban pro donis & inauribus, quas ser-

vus Abraham attulit forori suæ Rebecæ, in hospitium domus suæ illum invitavit, & cum omni humanitate recepit.

**Joseph exposuit Pharaoni somnium suum, & ideo ab illo ad summos honores fuit exaltatus.**

**Elias Mulieri Sunamitidi, hospite suæ promissit, quod velit negotium illius agere apud Regem: Item filium ejus mortuum ad vivos revocavit.** 4. Reg. 4.

**Tobias Junior multa cum gratitudine narravit, retulit Patri suo beneficia a Raphael in itinere accepta &c.** Tob. 12.

**Esther Regina a Mardochæo nutrita, & educata insignem illi gratitudinem apud Regem præstitit, quia illum & totam Judæorum gentem ab interitu liberavit.** Est. 4.

**Judæi rogantes Christum pro servo ægrotante Centurionis dixerunt illi: Dignus est, ut hanc illi gratiam conferas, quia diligit gentem nostram, & Synagogam nobis edificavit.** Marc. 8.

276. Deo Summo Benefactori maxime exhibenda.

**Moyes, Judith, David, tres pueri, Jonas, & alii pro liberatione caentia intonant.** B. Serm. 87. n. 17. S. p. 149.

**Ezechias punitur, quia laudes Deo non canit post victoriam.** M. conc. 17. aff. 2. n. 8.

**Ille sponsa oculos non avertit a sponso, qui eam liberare et carcere voluit sua morte.** S. punct. 156. fol. 503.

**Abraham propter promissionem Divinam altare extruxit.** S. lb. fol. 504.

**Duo minuta debemus Deo, id est corpus & animam, quia ipse hæc, & omnia dedit &c.** M. conc. 17. aff. 2. n. 1. 2. n. 7.

**Deus inspiravit Adæ spiraculum vitæ: cur non omnipotenti verbo animam ejus crearet? Rupertus ait: ut statim Adamus pro gratitudinem vitam, quam acceptat in os Dei, rellaret.** M. conc. 17. aff. 2. n. 7.

**Propter singulare beneficium, quod Bileæus exhibuit Naaman Syro, suadendo illi, ut se lavaret in Jordane, & sic mundaretur a lepra, Naaman illi obtulit munera.** O quanta debemus munera Deo propter valetudinem datam, rellauratam, conservatam & alia innumera bona. Hinc omnino laudabile, & Boni Christiani nota est, si in familiaribus discursu, dum actiones suas & negotia feliciter ad finem deducta commemorant, hoc epiphonemate utantur: Deo sint laudes! Recuperavi valetudinem ditu afflictam, Deo sint laudes! composui lites cum vicino, Deo sint laudes! redii incolumis ab itinere per-

4. Reg. 5.

ricu-

riculoso, Deo sint laudes! & quæ sunt similia! operam dent Parentes, & Superiores, ut filios & subditos suos ad hanc loquendi methodum affueant! Hæc industria non erit sine merito &c.

**Etiam gentiles post multas victorias Diis suis anathemas appenderunt: sic Aristomenes feliciter contra Lacones pugnavit, Leocritus expugnato oppido Ptæro clypeum Jovi dedicavit, Philisthai arma Saulis interfecit in æde Astaroth: Angli calcæria aurata Francorum in templo fuspendunt. Phocas Imp. captis urbibus Agarenorum portas earum secum Constantinopolim ad templum S. Sophiæ tulit: sic plures alii victores fecerunt.** C. in Num. 31. v. 50.

277. Quomodo exhibenda Deo.

1. Abstinendum a peccatis, & offensis Dei. Cum Deus primam plagam Ægypti decrevit, Aaron debuit percutere aquas: Cur non Moyses? Respondeo, quia ab aqua in sua viminea corbe fuit conservatus in vivis. B. Ser. 85. n. 9. Similiter Joseph ad nefas sollicitatus respondet: quomodo possum id facere, & offendere meum benefactorem? S. punct. 156. fol. 502.

2. Deus non tantum ore, sed etiam opere laudandus; hinc Augustinus nominæ Dei: *Mores volo, non voces: lauda vi-vendo, non sonando.* Ideo David solem & lunam ad laudem Dei evocat non ut laudent loquendo, sed obtemperando, B. Serm. 84. num. 10.

4. Aug. ser. 119. de temp.

3. Exhibenda etiam per opera supererogatoria: Noe omnia fecit ex præcepto Dei, sed insuper ultra præceptum extruxit altare: ubi S. Ambrosius: Intellexit nimirum, eam veram esse gratiarum actionem, quæ non jubetur, sed deseritur. S. punct. 156. fol. 504.

Jesae 6.

**Dux Josue expugnata, & eversa urbe Jericho valde erat sollicitus, ne femina Raab, quæ prius exploratores suos benigne acceptos absconderat, injuria inferretur, aut deum ejus læderetur.**

Judith. 3.

**Cum Gedeon populum Israel ab inimicis liberavit, conclamarunt omnes ad eum: Dominare nostris, quia redemisti nos de manibus Madian! Sic agnoscendum, adorandumque Dei dominium, ob preservationem ab inimicis, aliaque beneficia.**

278. Docetur etiam a brutis.

**Cum Regis Iysimachi cadaver comburetur, illius canis ultro in rogam insillit**

inter flammæ combustus. Alius Domini sui Romæ in Tyberim projectum cadaver extrahit, ac defendit. Hexameron. fol. 390. Vide Lud. Granat. fol. 44. & 67.

**P. Sebastianus Sarmento S. J. vidit in plocæa pueros cum avicula filo alligata ludentes, qui demum plumas evellerent, & occidere volebant. Rogavit Patrem, ne id læcerent, sed ad laudes Deo canendas avolare permitterent. Parure pueri! avicula deinceps ad Patris cubiculum identidem advolans, totis diebus accinabat, quali pro servata vita gratas rependens.** Ex Fall. f. J. 8. Aug.

**Ciconia ex acre delapsa crus fregit, & ab Heraclea femina sanata est. Postmodum dimissa cum altero anno rediit, præstantem unionem suæ benefactrici attulit. Alia Domino domus, in qua nidulabat, annuatim pretiosam Zingiberi radicem tanquam censum tulit.** D. 5. 32.

**Leæna peperit duos mafculos cæcos, hos attulit S. Marco Anachoreta, quibus ille signo crucis lumen oculorum dedit. Leæna altera die attulit benefactori pellem ovinam, quam ille S. Athanasio donavit. Simile quid etiam habetur de S. Marcario. Draco & leo pugnant, quorum iste a superveniente milite aditus & draco occisus fuit. Atque ecce! leo semper servivit militi, cumque ille navim mare trajecisset conscenderat, leo natando secutus est navim. Abbas Gerasimus leonem spinam et pede extraxit, & iste secutus Abbatem in Monasterium servit illi custodiendo asinum: cum Abbas mortuus est, leo præ dolore sepulchro immortuus est. Sanchez 6. par. c. 5. fol. 733. & seq. R. 1. part. mir. 11.**

**Frater Martinus ex Ordine S. Dominici innocensissimus Vir corvum foleptero vulneratum in pede sanavit. Et corvus semper ad illum advolans ei servit.** R. cent. 3. mir. 50.

**Accipiter pedibus dolet, ideo vesperi aviculum capit, quomodo ad pedes calefaciendos unguibus tenet, exoriente autem sole dimittit, & postea factam obviam nunquam persequitur.** VV. art. disc. font. 48. ex. 1. Vide de Aquilis. C. Exod. 19. v. 4. **Androsus servus herum fugiens in leonem pede faucium extraxit spina sanavit, eique diu in antro convixit. Postea ex fuga retractus Romæ ad bestias damnatus est: fuit inter beluas etiam ipse leo, qui benefactorem agnoscens, blandisque illi non nocuit, sed a morte defendit.**

**Toantes draconem educavit, & nutrit, postea in silva illum dereliquit.** Cum reduct



aliunde obvententia in compensationem peccati admittit. P. p. 3. disc. 19. n. 17.

Magdalena oculos, capillos, unguenta, qua in injuriarum creatoris usurparat, postea adhibet in ejus obsequium. Ait Origenes: Currebant prius pedes vestri ad effundendum, nunc ad liberandum sanguinem curant: protendebantur manus, ut aliena diriperent, nunc protendantur, ut propria largiantur, &c. S. punct. 107. fol. 310. & seq. M. conc. 8. aff. 3. n. 9.

Ma. 31. *Convertimini ad me sicut in profundum recesseratis.* In profundum recedere non tantum dicit peccare, sed malitiose peccare: *Profunde peccaverunt, sicut in diebus Gabaæ.* Gabaonitæ enim studiose expectant, ut eum compellerent ad tradendam, eorum libidini uxorem. Hoc est studere peccato. Jam si ita recessisti a Deo, necesse est, ut tantundem adhibeas studii ad revertendum. Proinde ne dicas, te omittere orationem, quia modum ignoras, & quæ sunt similia; quia si modum nescis, applica te, ut dicas! stude nunc modestè scire prius studuisti dissolutioni, stude taciturnitati sicut antea studuisti turpi loquacitati, stude devotioni, sicut prius studuisti malitiæ, &c. Segn. Manna 3. April. n. 2. & seq.

284. *Sera non est sincera.*

Nunquam locutus es cum homine, qui in naufragio, aut periculo submersionis ægre evasit? Si queratur, utrum contritionem elicerit, dicit nihil minus: mea tota cogitatio fuit, utinam in litus emergerem, de anima nihil mihi incidit. Sic fit apud ægrotos, quidquid illis spirituales suggeratur, illi solum cogitant: utinam convalescerem! atque sic negotium animæ nunquam serio tractant.

Tur suspensus, & a Medicis ad sectionem anatomicam impetratus, in calefacto hypocausto (quia forte carnifex funem non facis arte constrinxit) ad vitam rediit, factus dein, quod nec centesimam partem eorum resciat, quæ secum peracta sunt. Vide Tit. Mors: *De his que in morte.* Si tanta consilio in morte, quis credat, illos actus penitentis ferios, & efficaces fore?

Cunizō sceleratus Monachus cum diabolo pactum facit, ut se triduo ante mortem innoteret: Monuit quidem demon, sed Conizō, quos fratres de penitentia loquebantur, semper obdormit, & sic periit. E. Verb. *Conversio* n. 2.

Deus varia animalia in vicissim accipit, non vero pisces. Quare non? quia viventes ad altare adduci possunt. C. Levit. 1. vers. 2. Penitentia dilata ad mortem non accepta Deo.

Rex David de peccato adulterii & homicidii a Domino veniam accepit, quia statim ad monitum Prophetæ Nathan penitentiam egit: *Peccavi Domino!* E contra Judas reportans iniquam pecuniam, & delictum confitens penitentiam gratiam non obtinuit, quia sero penituit, &c.

Confessio Achan illi non profuit, quia sera fuit. B. Sermon. 22. num. 20. Sermon. 8. n. 27. Sermon. 9. num. 5. Sermon. 49. num. 28.

Vitis ad ignem destinatur, & tamen fiet: omnino: quia tunc primum fiet cum absconditur. B. Sermon. 68. n. 21.

Qui vivens obliviscitur Dei, moriens obliviscitur sui, ait Gregorius. S. punct. 130. fol. 404.

Latronis in cruce conversi exemplum neminem decipiat, tum quia plurimis virtutibus ille pollebat, tum quia exempla misericordie Divinæ non sunt trahenda in consequentiam &c. S. punct. 31. fol. 733.

Ne dicas: homo iste piissime mortuus est, ad omnes Confessarii voces capite nutavit, crucifixum arripuit &c. non sunt enim solida hæc seræ penitentis argumenta. Quid prodest, si caput moveat? arbor dum ventus fiat, cacumine nutat. Quid prodest si crucifixum arripit? qui naufragatur, omne quidquid in manus venit, arripit, &c. B. Sermon. 49. num. 28.

Antiochus in morte sanctissima fecit proposita, & tamen periit; quia sero non agebat, sed tantum metu mortis. Hinc S. Ambrosius: *Qui in ultimæ agritudinis necessitate penitentiam agit, & moritur, veritatem dico, non quidem denegandum illi esse arbitror, quod petit, verum neque ausim affirmare quod bene sit mortuus.* Idem docet S. Augustinus, & alii. Mors est messis vitæ, qui lolium seminat, non metet triticum; qui semper deorfum ambulat, in sine non consistit in apice montis. Quales sunt dispositiones, talis introductur forma, miraculum foret si ad dispositionem siccæ & calidi sequeretur forma aquæ: ita mirum foret, si ad vitam malam sequeretur mors bona. Miles in sine stipendium recipit a Rege qui servit, non a Rege contra quem rebellavit, &c. Ita discitur, S. Chrysostr. D. 9. 19. Vide Tit. Penitentia Sacramentum.

Penitentia comparatur auroræ, non crepusculo vespertino: Cur autem auroræ? Quia sicut aurora rorem, ita penitentia

ten-

tenentia fecunditatem bonorum operum adducit. Item quia sicut aurora post tenebras lucem adducit, ita penitentia facit, ut incipientes post peccatorum tenebras luce bonorum operum splendescere incipiant, &c. Prov. 4. vers. 18. Hæc tanta emolumenta & delectamenta nullibi adferuntur luci vespertinæ, neque penitentia seræ, &c.

285. *Decetur exemplo Sanctorum.*

Magdalena instrumenta peccati convertit in instrumenta compunctionis. S. punct. 107. fol. 310.

Petrus fiet usque ad sulcos in genis. Arsenius semper pannum in gremio habebat, quo decedentes lacrymas excipiebat. S. punct. 107. fol. 312.

B. Maria Villana a teneris pia, deinde evanida mundi a matris, in speculo videt deformitatem suæ conscientie, & hoc aspectu conversa ingreditur Ordinem S. Dominici, ac austeram penitentiam agit. *Ephem. Dom. 28. Martii.*

Petrus Comes Antifiodorensis ob violata Ecclesiæ jurâ excommunicatus adeo penitentiam agit, ut cadaver contra interdictum Episcopale in cœmeterio sepulchrum propriis manibus exhumaret. Hæc penitentia adeo placuit Deo, ut Petrus postea factus sit Imperator Orientis. Ex culpa Godesfredi Ducis Lotharingi urbs Verdunensis una cum templo Beate Virginis exusta est: sed postea adeo penituit, ut templum magnifice reedificaret, publice se virginis cadi reedificaret, Ecclesiæ quartam partem comitatus Turonenis donaret. D. 8. 5.

S. Bonifacius cum Aglæ impudice conversit seipsum ad hanc penitentiam condemnat, ut in urbem Tharsus properaret ibi Martyrum corpora veneratus. Captus deîa a gentili præside crudeli martyrio affectus fuit. D. 9. 5.

S. Ambrosius ad lapsam Virginem scribit: Inducere cilicio, & castiga corpus tuum pro meritis, abscinde capillos, qui tibi occasio fuerunt ad luxuriam, oculi tui continuo lacrymis innatent, quia fecerunt alterum asperxerunt, facies palleat, quæ antea rubuit, &c. In primitiva Ecclesiæ publice penitentes die cinerum cilicium induci admittebantur in Ecclesiis, tum Sacerdotes orabant super illos septem Psalmos penitentiales, tum in terram semper prostrati congeriebantur cinere, ac demum per Clericos & templo expellebantur, verbis illis *In sudore vultus tui vesce-*

*ris panatus*, quibus Adamus & Paradisi fuit ejectus: jubebantur autem in die Cænæ Domini penitentes redire, & tum primum reconciliabantur, &c. D. 11. 12. D. 12. 52.

S. Macarius quia in impuram cogitationem consensit, quadraginta diebus jejunavit, & mira austeritate ad mortem usque perseveravit. R. cent. 2. p. 2. mir. 50.

286. *Arderent desideratur a Chryso.*

S. Chrysostr. ait: *Insanus amator non s. Chry. ita dilectum amat, ut Deus penitentem anxi- hom. 22. mam. S. punct. 24. fol. 98. Exemplum la-*

*tronis, fol. 101. Davidis, fol. 103. Filii prodigii, fol. 116. & punct. 107. fol. 314.*

Animam penitentem Deus fere plus amat, & æstimat, quam innocentem. Filius prodigius lautius habetur, quam moeriger: Pater cariorum senescit, quem lucresseerat, ait Tertullianus, quasi diceret: Deus plus amat, quos per penitentiam lucratur. Sicut ovis perditus plus amat, quam totus grex; ita videtur Deus plus amare penitentem; quam Angelos: *Plus acquisivimus, ait S. Ambrosius, s. Amb. qui plus peccavimus; quia beatiores faci-*

*na gratia, quam nostra innocentia. Et de S. Petro Ambrosius: Major gradus redditor ploranti, quam sublatus fuerat deneganti. S. punct. 107. fol. 314.*

Petrus post peccatum sic Princeps Apostolorum. M. conc. 37. aff. 3. n. 1. 2.

Angeli, si possent, invaderent homini, quod peccare non possint. M. lib. n. 2. Tanta est penitentis virtus, ut penitentem fere gratiore reddat Deo, quam innocentem. Paoletti Dom. 4. Advent.

Anima sancta Divinæ gratiæ splendore ornata amatur a Deo plus quam Angelus. Quodsi infelix anima per peccatum caelestem gratiæ ornatum perdit, Deus tamen non perdit amorem, sed eam restaurare cupiens, balneum illi et suo sanguine parat, &c. C. Lev. 12. v. 3.

287. *Non est differenda.*

Magnus ille paterfamilias utique etiam denarium dedit illi, qui primum hora undecima venit: sed noli propterea in seram senectutem differre penitentiam; nam, ut ait Augustinus: *Quando vocaris, veni s. Aug. hora sexta vocaris, veni: paterfamilias et- s. Aug. iam hora undecima venienti denarium pro-*

*missit, sed undecimam horam non promisit. Periculosum igitur est differre penitentiam propter incertitudinem mortis. B. Sermon. 6. n. 8. Sermon. 7. n. 25. 26.*

Que-

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum &c. Cervus faucibus non differt accelerare ad refrigerium. Ita &c. penitentia enim fera Deo vires admittit ad juvandum. M. conc. 1. aff. 3. n. 2.

Moyfes sex civitates refugii posuit, quia sex sunt dies, quibus operari licet, septimus est æternitas. M. conc. 1. aff. 3. n. 1. Ephraim a morbo non sanatur, quia serio auxilium postulat. M. lb. n. 2.

Achan confessio non liberat a lapidatione, quia fera erat. M. lb. n. 3.

Quidam ægrotus monitus de penitentia semper reposuit: sufficere adhuc tempus. Verum ultimo terribiliter clamare cepit: O penitentia ubi es? penitere non valeo, iusto Dei iudicio, quia nolui. E. Penitentia n. 11.

Cervus faucibus statim dictamnum querit: hirundo statim cæcos pullos chelidonia sanat: naufragus statim tabulam apprehendit. Cur peccator non statim peniteat? C. Lev. 12. v. 3. Vide Paolerti Dom. 4. Adventus.

## 288. Placat Deum.

Chembini illius gladius, qui Paradisum custodit, erat flammeus, sed versatilis: bene versatilis, ait Procopius, ut ostendat Dei misericordia gladium averti posse: Ut converso homine a vitio ad virtutem gladius quoque convertatur. B. Serm. 8. num. 6.

Dum fratres Joseph propter furtum scyphise humiliant, amicitissime habentur: ita peccator contritus & humilitatus Deo in amicum recipitur. B. Serm. 46. n. 3.

Consumas eos ut leo. Leo zelotypus est cum leana, & si ab hac alium amare advertat, in frustra disceperit: quod si vero leana se prius laeserit in flumine, tunc leo nihil advertit, & pacifice cum ea vivit: Si anima, ait Geminianus, in flumine lacrymarum penitentia lavetur, ab ipso Christo peccatum dissimulatur, & paritur. B. Serm. 7. n. 12. seq.

Deus iratus comparatur leoni, de tribu Juda. Nota autem, leo placatur multipliciter, ita ut homini non noccat. 1. Si oculus eius pallio obveles: ita peccator defenditur pallio Sanctorum, præcipue Beatissimæ Dei Matris. 2. Si in eum fueris beneficus: ita Deus placatur operibus bonis. 3. Si supplex & prostratus jaceas: ita si coram Deo humiliaris. 4. Si ignem aut flammam illi ostendas: ita si Deo ignem caritatis in corde tuo exhibeas &c. Dan. 6. v. 22.

S. Chrysológus ait: Pretiosus est penitentia fructus, quia quod defendi non potest, abiti potest. S. punct. 10. fol. 576.

Urbi Limanz, quæ erat sentina scelestorum, S. Franciscus Solanus denunciavit supplicium, cum autem populus ad penitentiam converteretur, promittit illi veniam & remissionem. R. cent. 3. mir. 7.

Quidam Philosophi defendunt vim pulveris sympathetici, & putant illum, si hujate sanguini applicetur, vulnerato Viennæ existenti mederi posse: sed refutatur hæc opinio, quia incredibile est, virtutem hujus pulveris per tot obstaculorum eoque pertingere posse. Verum in sensu spirituali datur ejusmodi pulvis, qui cordi Divino per peccatum vulnerato medatur: qualis est iste pulvis? ille quo David penitens caput consperxit. Penitentia placat fratrem Deum. Vv. art. disc. font. 41. ex. 15.

289. Mollat, &amp; enecat passiones hominis.

Sacrificate Sacrificium justitiæ. Ubi Augustinus per Sacrificium justitiæ penitentiam intelligit: Remigiis vero declarari hoc Sacrificium de medio tollendo taurum superbie, hircum lascivie &c. S. punct. 107. fol. 310.

Peccatum relinquit pravos habitus, qui per confessionem non tolluntur: Mortuus est Pater & quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se &c. Sicut Sol, et si ex egypti emergat, tamen non simul malignos effectus ab egypti causatos abstergit, ita licet confessio peccatum remittat, non tamen habitus pravos extinguit: salubri ergo rigore opus est; hic enim servit tanquam fax ad demerendum quidquid noxium pullulaverat. Satisfactorie pœnæ medentur peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus tollant, ait Trid. P. p. 3. disc. 19. n. 16.

Putant aliqui, sibi circa reatum pœnæ satisfactum esse per indulgentias: sed peperam; quia indulgentiæ non sunt remedanda ad tollendas sinistras passiones. Vincenda est consuetudo consuetudine, præva laudabili &c. P. p. 3. disc. 19. n. 16.

Dicis forte: Diabolus magnum jus ac potestatem acquisivit in peccatore, adeoque passiones inimicas semper excitat. Verum fecias per penitentiam vinci diabolum.

Cum S. Magdalena de Pazzis in suo oratorio preces funderet, apparuit illi ingens demonum copia. Sancta Virgo exprobravit illis suam infirmitatem, & arrepto flagello illos ex uno oratorio angulo

gulo in alterum, denique in orbem fugavit. Cur flagellum adeo valuit contra orcinos spiritus? quia illi nil magis formidant, quam instrumenta penitentiarum. R. cent. 2. part. 2. mir. 36.

290. Vera non est res facilis.

Terribilem sententiam enuntiat Ambrosius: Facilis invenio qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint penitentiam. Cur? Respondeo: ibi nulla est penitentia, ubi postea regnat ambitio, gula, commercium cum sæculo. S. punct. 107. fol. 311. C. Lev. 12. v. 3.

Vera penitentia debet instrumenta peccati convertere in materiam luctus, & compunctionis &c. S. punct. 107. fol. 310. Non frustra orat Ecclesia in Litaniis: Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris: vult enim his verbis satis clare insinuare non quamvis penitentiam esse veram, ac feriam, sed indigere suis fructibus ac effectibus.

Tria in unoquoque penitente sunt consideranda, ait S. Greg. Confessio oris, conversio mentis, & vindicta peccati. Confessio vix bene fit, quia animus haud satis examine discutitur, præsertim circa peccata omissionis, quorum plurima committuntur tam circa justitiam, quam circa caritatem. Dein longe minus bene fit conversio mentis; quia multi non concipiunt serium dolorem, tantum dolent ob peccatum sicut Saul, qui non peccatum sed amissionem regni deploravit: insuper non avertantur serio occasione, &c. Denique etiam non bene fit vindicta peccati, seu satisfactio, quia nec Deo offenso, nec proximo læso fit compensatio. Non Deo, quia alias ipsorum peccatum in majoris fervoris augmentum deberet cedere; non proximo, quia raro superat difficultatem restitutionis, &c. P. p. 1. disc. 5. n. 11. & seqq.

Ad emundationem leprosi adhibebantur hyssopus, cedrus, coccinum, passer visus, passer mortuus, & aqua: ita ad veram penitentiam debet concurrere fides, spes, caritas, humilitas, mortificatio & lacrymæ. C. Lev. 14. v. 7.

291. Fugiat occasiones, &amp; materias peccati.

Magdalena fregit alabastrum, ne vel gutta remaneat: Josue funditus evertit Jericho: Moytes in cinerem redegit vitulum: Josias Rex Pythones, Artolos, figuras D. Claus Spicil. univers. Pars II.

idolorum, & immunditias sustulit, & ideo hanc laudem meruit, quod similis illi non fuit ante eum Rex, qui revertebatur ad Dnynum in toto corde suo. O quot sunt similes Racheli, quæ licet in terram promissionis pergeret, tamen aliquot idola secum tulit. S. punct. 107. fol. 311.

S. Magdalena penitentiam exemplar post mortem Christi trans mare in Gallias fugit, ibique in specu Massiliensi multis miliaribus procul ab urbe Solyma vixit. Quare? an non potuisset in castello suo, Magdalo, sibi confutere eremum? Nempe id fecit, ut fugeret occasionem peccati, quod recrudescere potuisset, etiam remissionem ab ipso Christo Domino accepit.

Tribus Magis apparuit in somno Angelus, monuitque, ut non redirent ad Herodem tyranicum; Herodes est homo Vetus, & mundus: Noli redire, & revertaris in domum tuam re feliciter gesta. S. Franc. Borg. in Mont. spirit. num. 4.

Christus Philippo ad se vocato, rogantique, ut sibi prius liceret sepelire Patrem, licentiam hanc non dedit, ne occasione sepulture immisceretur infidelibus & amicis, item ne fortan interesset executioni testamenti & divisioni hereditatis, sique per has profanas actiones depravatus, in transversum ageretur. C. in Matth. 8. v. 21.

Multi post penitentiam retinent literas, ægypta, manuscula, affectum &c. Judicia conopæum Holofornis suspendit in anathema oblivioni, quia ab amante erat. B. Serm. 57. n. 13.

De oblatiis post peccato voluit Deus, ut ne minimum quidem remaneat. S. punct. 107. fol. 312.

David concupiscentia deceptus, ne quidem concupiscentia aque fidit, quæ effundit, ait Ambrosius, S. lb.

Sicut puer ludibundus ridet aviculam, quam avolentem se teneat: ita demon ridet penitentiam ejus, quem illaqueavit amore occasionis: alas interdum expandere sinit ad pia desideria, ad conciones &c. sed tantum ludit: sic ludit Herodem, cui placebant sermones Joannis, & tamen detinebatur amore Herodiadis. S. punct. 107. fol. 312.

De peccatis preteritis non affligi est novam injuriam irrogare Deo. Sponsa perfida in flagranti deprehensa si postea adulterum non amplius respiciat, probat se marito: at si cum complice iterum colodat, certe maritus se bis contempnum esse iudicat. Sic res se habet apud Deum. De peccatis non dolere, magis Deum irascit, quam peccare. Ait S. Chrysolomus, P. p. 3. disc. 19. num. 10.

S. Chrysolomus, Hom. 66. ad pop.

Jacob idola familiæ aurea & argentea non in alios usus convertit, sed subtus terram defodit. C. Gen. 35. v. 4.

292. Vera penitentie debet contra relapsum.

Penitentia austerâ ferè necessaria est ad tollendam proclivitatem in malum: Equos cepitans admonet calcariibus, non tam ut negligentia præterita puniatur, quam ut deinceps cautior reddatur: sic res nobiscum habet, si quoties peccamus, toties multa haud levis exigeretur, cautissimi redderemur in posterum; Quia non facile homo ad peccata redit, ex quo penam expulsius est, ait S. Thomas. Atque hæc est origo lapsium peccatorum, quia ex facilitate veniæ fit, ut peccatum pro levi malo reputetur. P. p. 3. disc. 19. n. 13.

S. Thom. sup. 2. 2. q. 85. a. 2. c.

Principes otiosus, & deliciis affluens non curat petulantiam & damna rebellium in regno suo: at qui vere patriam amat iustissima ira exardescit, & cum exercitu rebelles opprimere studens nec sumptibus, nec sanguini parit. Homo penitens est sibi irascens, ait S. Augustinus. Si revera damna peccati consideret, & commissa dolere, & futura fugere studebit. P. p. 3. disc. 19. num. 15.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum. Definunt autem Sacrificium, quod sit oblatio rei sensibilis per realem immutationem etc. Ergo mutari debet cor penitentis, nec amplius relabi, fugere occasiones, contemnere voluptates, &c.

Deus in Paulo converso dedit schema & typum veræ conversionis peccatorum: Lux enim repræsentat gratiam excitantem, & internam illuminationem: prostratio in terram adversitatem: Vox reprehensionem concionatoris aut conscientie: Ananias Confessarium: cæcitas clausuram oculorum, & animæ ad res terrenas: tri-duanum jejunium satisfactionem: casus squammarum depositionem excusationum: cibis Eucharistia frequentationem. Hæc omnia nisi concurrant, non est vera penitentia, nec satis potens contra relapsum. C. in Act. Ap. c. 9. v. 4.

293. Mutat peccatorem in iustum.

Et altera Maria. Bene altera, ait Chrysostomus, quia jam peccatrix erat, sed altera, S. punct. 1. fol. 6.

Ille juvenis ad pristinum nefas sollicitatus responset: Ego non sum ego. Vide Titulum Abnegatio.

Samaritana venit ut meretrix, regressitur casta. S. punct. 24. fol. 97. & fol. 311.

Ninive subvertetur: & tamen non scitur fuisse subversam: quin imo ait Augustinus: Stantibus montibus, atque domibus eversa est civitas in perditis moribus: In ipsa Ninive non invenisset quis Niniven. S. punct. 107. fol. 311.

Nunquam observasti, quomodo conficiatur papyrus: Pannus lineus, postquam diu homini servit, demum vetustate attritus migrat in vilissimum centonem: hic centio vilipenditur, in sterquilinum abjicitur, pedibus conteritur. Sed ecce! quis crederet, hunc centonem adhuc in grandi honore habendam: id tamen fit, cum in molendinum papyraceum evehitur, conteritur, & in papyrus formatur, quæ Principum decreta scribuntur. Mi peccator, ab initio eras in Baptismo purissime lotus velut mundissima tela lineæ, dein per peccatum factus es cento vilissimos: verum macte animo! potes si serio voles, in papyrus mundissimum migrare: quomodo? si contereris per penitentiam.

Jacob postquam familiæ præcepit, ut abicerent Deos alienos, ulterius præcepit addidit: Mandamina ac mutate vestimenta vestra: Mutatio vestimentorum munditiem & renovationem internam significat. C. Gen. 35. v. 2.

Quid est speculum? est vitrum fragile, & tamen cum soli opponitur, inlar ipsius solis splendescit. Ita peccator fragile vitrum est, cum autem a sole Mlertitudinæ Divinæ respicitur, ad pulchritudinem ferè Divinam elevatur.

294. Quam effoax ad remittenda peccata.

David quamprimum dixit: Peccavi, statim responsum tulit: Dominus transtulit peccatum tuum. Ubi Sanctus Augustinus: taneum tres syllabæ valent! S. punct. 25. fol. 103.

Peccator considerans virtutem penitentiam non desperet, &c. S. punct. 31. fol. 725.

Pulvis, quem projecit ventus a facie terre, peccatum est: penitentia illud delet ut pulverem. M. conc. 1. ass. 3. num. 7. 8.

Monachus a demone tentatus exiit ex eremo, & incidens in mulierem turpissime cum illa peccavit. Porro desperans voluit se in flumine submergere, sed Dei Misericordiam respiciens tam austerè & prolixè penitentiam egit, ut Deus illi veniam & remissionem peccatorum per prod-

digiosam lucernæ accensionem significavit. E. Desperatio num. 4.

S. Augustinus ait: O humilis lacrymarum est regnum, tua est potentia! Excitavit invincibilem, & ligas omnipotentem. Et S. Greg. Polluta conscientia lacrymis baptizata renovatur. Scimus quam grata fuerit Deo penitentia Magdalene, Pelagie, Thaidis, Petri, Pauli, Matthæi, Mariæ Ægyptiæ, Arsenii, Fabiolæ &c. C. Lev. 4. in fin. & Lev. 12. v. 3.

S. Greg. 1. 2. Mor.

Qui seminat in lacrymis, in exultatione metet. Cur in exultatione? sicut granum frumenti, si non humedetur, arefcit: si autem pluvius humedetur, fructum afferit: ita peccatum, si lacrymis irrigatur, fructum veniæ, ipsiusque calliparitur, ait Reinerius. B. Serm. 54. n. 12. 13.

295. Debet esse constans & perseverans.

Miles a Confessario iustus per totam noctem in Ecclesia orare, fortiter hanc penitentiam peregit. Nam ea nocte congregati sunt demones, Lucifer conquestus, quod perdidisset amicum optimum, querebat ex sociis, quis illum possit ex Ecclesia expellere? primus itaque demon indatus formam fororis monuit fratrem imminere hostes: alter spectem uxoris simulans, dixit se ex arce cum filiis fuisse ejectum: tertius suscitans incendium prope Ecclesiam vocavit militem ad restituendum ignem: quartus sub forma Presbyteri ingressus eum tanquam excommunicatum exesse iussit. Miles tamen non recessit, revelatumque est sancto Viro, quod ea nocte sua constantia quatuor coronas promeruit. E. Penitentia 9.

Eccl. 5.

De propitiato peccato noli esse sine metu: timendum enim t. ne confidentia, penitentia, & dispositio tua sic falsa, ideoque peccatum non sit tibi remissum, quia nescit homo an amore vel odio dignus sit. 2. Esto culpam esse remissam, timendum tamen de poena, quæ remanet; ne seis enim an pro hæc poena satisfeceris. 3. Timendum, quia nunquam potes esse certus de remissione, hinc alibi suadetur: Fili, peccasti? ne adicias iterum, sed de proximis deprecare, ut tibi dimittantur. S. Magdalena, etiam ore Divino audierit, dimissa sibi esse peccata, tamen in solitudinem procul a mundo fecellit, & ibi penitentiam per triginta annos produxit. Idem fecerunt S. Maria Ægyptiæ, S. Guilielmus Aquitanie Dux, S. Pelagia, & alii penitentes, qui nunquam se satis securos esse arbitrati sunt.

Eccl. 21.

S. Augustinus dicere solebat, Etiam latidissimos quoslibet Sacerdotes, nunquam committere debere, ut sine penitentia ac bac vita decedant. C. Eccl. 5. v. 5.

Post extirpatas herbas venenosas, quam sollicitus est hortulanus, ne illæ radicem in terra reliquerint, & de novo repullulent. Post pedem fopitum, quam sollicito fumigantur zdes & cubicula, ne virulentus vapor remaneat. Post incendium extinctum, quam sollicito indagatur, ne scintilla adhuc gliscat, in novas flammâs eruptura! Ita timidus ac sollicitus debet esse penitens, ne peccati eximidi semen superfit. Hinc penitentia idem sonat, ac poena tenentia, sine qua non est securitas contra relapsum.

296. Non est teretica, sed hilaris.

Duo fratres post vitam impuram egerunt penitentiam. Unus in sacra solitudine factus est macilentus, alter pinguis. Quæsti causam, primus reposuit: Ego intuitu panarum, quæ promerui, continuo in timore vixi. Alter ajebat: ego in intuitu præmiorum, quæ exspecto, Deo gratias egi, quod me eruerit ex inquinamento mundi. Responderunt autem senes, æqualem esse utriusque penitentiam. E. Penitentia num. 2.

Sicut penitentia moderna difficilis videatur, consideret penitentiam Veterum, quæ longa, & dura, in pane & aqua per plures annos fuit, uti patet ex Canon. Penitent. S. Basilii, Gregorii Nysseni, Bedæ, Rabani Mauri, aliorumque: olim penitentiam agebant induendo habitum monasticum, nec amplius ad seculum revertebantur, uti habetur in Concil. Toletano, idque fecit ipse Rex Hispaniarum VVamba sub annum Domini 674. Hæc de causa Penitentiarum Romani virgines tenent, quæ recitantes Psalmum Miserere penitentes percipiunt. Henricus II. Imp. a S. Annone Archiepiscopo Coloniensi durissimis verbis fuisse afflictus. Idem factum est Henrico II. Angliæ Regi, qui occasione dedit cadis S. Thomæ Cantuariensis Episcopi, prostratus in terram, & scapulis nudatus, ab unquoque ex octoginta Monachis tribus verberibus percussus est, &c. C. in Matth. 4. v. 17.

Non est dicibile, quantas consolationes Deus penitentibus post luctum penitentis submittat, ut vere sperare & dicere possint: Post tenebras spero lucem. C. Thren. 5. v. 22. Item Prov. 15. v. 30.

Bona conscientia parit lætitiã, quæ totius orbis gaudiæ immensum superat. Hæc autem conscientia est fructus seriæ penitentię. S. Maria Ogniacensis de remissione peccatorum, extra se respicitur, & præ gaudio sine fine jubilabat: Ibi in S. Sanctorum, & qui sunt Sancta Sanctorum? &c. Idem legitur de S. Petro de Alcantara, de S. Francisco Seraphico, & aliis. C. Prov. 13. v. 30. Item 1. Petr. 3. v. 31. Vide Tit. Conscientia bona, &c.

297. Debet esse proportionata peccatis.

Christus ter quæsit Petrum, *Amas me?* Cur ter? Respondet Cyrillus: ut trina confessio trine negationi responderet. M. conc. 8. aff. 3. num. 8.

Magdalena per omnia instrumenta peccatorum penitentiam agit. M. lb. nu. 9.

Ex facilitate penarum, quas sæpe Confessarii injungunt, fit, ut peccatum pro lesi malo reputetur. Si in usu adhuc essent penitentia in primitiva Ecclesia injungi solita, non is flagitiorum torrens Christianas provincias inundaret. *Omnia curatio, quanto difficilius acquiritur, tanto acquisita cautius custoditur.* Ait S. Gregorius. P. p. 3. disc. 19. n. 13.

Quæ causa est, quod pro gravissimis peccatis levissimæ penitentia agantur? Non alia, quam quia deformitas, & atrocitas peccati non satis consideratur. Nullus est, qui agat penitentiam super peccata sua dicens: *quid feci?* Si rite attenderecur damnum peccati, & injuria, qua afficit Deum, dicendo: *Quid feci?* profecto peccata atrocissimis penitentia castigarentur. P. p. 3. disc. 19. n. 14. & 15.

S. Ambrosius ait: *Facilius homo qui innocentiam servavit, quam qui congrue agerent penitentiam.* Nimirum quia voluntarie castigaciones non proportionantur peccatis. C. Lev. 12. v. 3. ad finem.

Naaman Syrus justus est a Propheta fœpries lavari in Jordane, per unam vicem non recuperasset sanitatem, quia læra est morbus valde pertinax; ita peccatum, idque valde intentum, aut sæpius repetitum morbus animæ est longe gravior, quam quod uno actu penitentiæ perfecte corrigi, & emendari possit. Repetendæ sunt animi compunctiones, suspiria, læryma septies aut septies, &c. S. Petrus Apostolus, S. Magdalena, S. Maria Ogniacensis, S. Guillelmus Dux Aquitanæ, alique penitentes toties in fletus & gemitus eruperunt, quoties recordati

erant, quod Deum offenderint summum Bonum! Qui post poenitentiam redit ad priora mundi oblectamenta, inanis penitens est; quia qui illicita perpetravit, etiam licita sibi interdiciere debet, ait S. Gregorius, &c.

### Temperantia.

298. Quid sit? & quæ ejus effectus?

Se virtus moralis, cuius prædium cohibemus appetitus passionem, quæ versatur circa delectabilia sensuum, præcipue gustus, & tactus, ad quorum duorum sensuum functiones aliorum sensuum actus ordinantur. Sæquetur Via Vitæ æternæ.

Ejus officium est, moderari facultatem concupiscibilem, eamque revocare ad distam rationis; adeoque sicut appetitus irascibilis a fortitudine, ita concupiscibilis a temperantia, circa res delectabiles, suam regulam, & perfectionem accipit. Hinc homo temperans semper sibi erit æqualis, mores habebit semper compositos, vitium semper uniformem, cui nec ira nubibus obducit frontem, nec furor ex ore perstrepat, similis verticis Olympi, ubi eadem semper ferentis.

Actus principalis temperantiæ est moderari appetitum oblectabilium, eo utque, ut eorum usus non generet voluptatem superfluum, neque carentia generet superfluum dolorem. Ipsa æquilibrium tenet inter lærymas & risum, inter suspiria & jubila, inter desideria & dolores! Et sicut fortitudo audaciam efficit timidam, timiditatem audacem; ita temperantia julto æquilibrio mediocritatem efficit delectabilem, delectationem mastram, ut unum & alterum reducat ad mediocritatem honesti.

S. Augustinus ait: Munus temperantiæ est in coerendis, sedandisque cupiditatibus, quibus contrariamus in illis, quæ nos avertunt a legibus Dei, & fructu bonitatis ejus. Eius officium est contemnere omnes corporeas illecebras, laudemque populorum, &c. Et S. Prosper: Temperantia facit abstinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum & verecundum: hæc virtus, si in animo habitat, libidines frangat, affectus temperet, desideria sancta multiplicet, vitiosa castigat, omnia inera nos confusa ordinat, ignem libidinose voluptatis extinguit, mentem placita tranquillitate componit, & totam ab omni semper tempestate vitiorum defendit. Et denique Seneca: Temperans,

S. Aug. de Civ. Dei. lib. 1. c. 28.

S. Prosper de Vita contemp. pl.

Seneca Ep. 104.

rantia voluptatibus imperat, alias odit, & abigit, alias dispensat, & ad sanum modum dirigit, nec unquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum debeas sumere, &c.

Abstinentia: Jejunium, &c.

299. Est homini perquam utilis.

Christus, quæ veseris, erit in pondere, idem moderatus &c. S. Pun. 91. fol. 285. Disciplinato bene instituto vinum exiguum: ubi Rabanus: Tenuis victus tam animæ, quam corpori utilis est. Et S. Hieronymus: cibus simplex modicus, minus onerosus: impeditur cruditas stomachi, insomnia, cholera, brevitatis vitæ &c. S. lb. fol. 286.

Abstinentia prodest sanitati, castitati, & sapientiæ. C. Gen. c. 9. v. 21. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 515.

Temporibus ante diluvium probabiliter nondum erat licitum caribus vesci: gregibus ovium & boum autem tantum utebantur Veteres ad sacrificia, item ad lanam, lac, caseum. Dein diuturno tempore ex uno cibo comedere mos fuit antiquorum. Et tamen illi homines corpore, anima, & fortuniserant felices. D. 10. 74.

Hominem omnino idoneum facit ad contemplanda caelestia. S. Chryostomus vocat jejunium scholam precum, & merito; nam pinguis venter, ait S. Hieronymus, non gignit tenuem mentem. Accipiter bene pastus non volitat, nec intellectus post multas epulaselevatur. Daniel per jejunium idoneum se fecit ad visionem. S. punct. 90. fol. 285.

Tempore calamitatis vel publicæ, vel privatae ad jejunium confugiendum est, ut per penitentiam Dei ita placeat: Jejunium, ait S. Chryostomus, Dei tentationem revocat, & immortalitatis est conciliator. Ita Josaphat obsessus a Moabitibus, Ammonitis & Idumæis toti Judææ jejunium imperat, & a Deo auxilium per miraculum obtinet. Israelitæ obsessi a Philistinis tempore Samuelis jejunantes, eos profugant. Imminente Judæis excidio Chaldeorum illis evidenti hoc dat remedium: *Sanctificate jejunium.*

Sic Josaphat, Ezechias, Manasses, Juditha, Mardocheus, alique in suis afflictionibus jejunio remedium quarunt. B. Sermon. 45. n. 21. C. Zach. 7. v. 3.

Et Urbs Ninive jejunio excidium avertit. S. punct. fol. 29. Et C. Ibidem. D. Claus Spicil. univers. Paris II.

Sobrietas est Mater sapientiæ, tum quia caput facit serenum, spiritusque animæ facit aptos ad speculandum, tum quia anima, quo minus occupatur cibo, eo magis intendere potest studio, & contemplationis. Experti id sunt homines ante diluvium, qui vino abstinentes fuerunt longevi, & sapientes: Item Nazarii, & Rechabite, Moyses & Elias, Joannes Baptista, Paulus Eremita & Cenobitæ omnes, &c. C. Dan. 1. v. 17.

300. Est necessaria ad vincendas tentationes.

Cui jejunium necessarium non est? Respondeo illi, qui carnem non habet. Mulieribus jejunare necessarium est, sicut respirare. S. Chryostomus ait: si in Paradiso necessarium fuit, extra Paradisum multo magis. S. punct. 96. fol. 290.

Job cur tam fortis erat contra tentationes? ex jejunio. Contra gulosi stacium vincuntur: sic quinque Reges contra quatuor succubuerunt, quia luxui dediti erant. S. punct. 95. fol. 290.

Contra Amalec jejunio pugnatur: S. Ambrosius ait: jejunii hominis spiritum si serpens gustaverit, moritur: ita serpens infernalis jejunio vincitur. S. lb. fol. 291. Sicut obdians urbem ante omnia curare debet, ne annoa in urbem veniat: ita volens expugnare tentationes ante omnia corpus jejunio mortificare debet. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 524.

Draco venenosus ad vastitatem usque affligebat viciniam: fratres autem decem diebus jejunantes sputa congererunt in pelvium, eaque devoranda dederunt Draconi, & iste occisus est. Parem in modum fugatur infernalis Draco. E. Verbo Abstinentia, ex. 12.

Quid est, quod Juvenis castissimus Joseph carnem habuit quasi spirituale? Lippomanus ait, quia e cibis Domini nihil præter siccum panem edebat.

Abraham cum dimisit Agar, nullum vitacium illi dedit præter panem, & aquam: Procopius, & Sanctus Antonius aunt: Agar interpretatur *suscitans festam*, & denotat carnalem voluptatem: hæc melius domari non potest, nisi pane, & aqua. S. punct. 93. fol. 288.

Sandus Hieronymus ad Eustochium: Hoc dico, non quod Deus intestinorum nostrorum rugitu, & inanitate ventris delectetur, sed quod aliter pudicitia tuca esse non possit. S. punct. 93. fol. 16. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 517.